Quae semel vento ruit acta pinus
haud reviviscit, nec acer, nec ilex,
nescit heu certa, semel hinc quod exit,
lege reverti.
Non minus si quando furor virum, quem
ius potens irae decet, incitarit,
ah quibus se se veneranda larvis
turpat imago.
Frons trahit vultus, oculosque torvis
asperat flammis, tremebunda livent
labra, dens frendit, micat impedito
lingua palato.
Iurgii tandem via vi patescit,
fulgur et linguae crepitat solutae,
mens cadit vesana, caduntque lapso
pectore sensus.
Victa quin morum gravitas fugatur,
virque, qui consors modo erat deorum,
mugit ut bos, ut leo rugit, utque
sibilat anguis.
Mox ubi lapsae Eumenides quierunt,
mensque redduxit sibi se, procellam
cernit ingentem miser et peremptos
fulmine mores.
Verba succurrunt, reditura demum,
si redit noster, repetitque fontem
Mintius, vel Signa queunt Olympi
vertere cursum.
Ingemit secum, nec humi iacentes
sublevat demens oculos, nec inde
(tam pudet fusae gravitatis) uti
audet amico.

Ira, si obluctans animum triumphat,
tu tibi servis, at inermis abs te
tunc fugit, cum te premis, estque summa haec
palma laborum.

All'epigramma della facezia di Cingar seguono questi quattro componimenti, con cui la Cipadense si chiude:

In obitu Caroli Agnelli

Carole, quis vatum praestans et idoneus adsit,
qui satis ad tumuli defleat ossa tui?
Sunt, fateor, nostro tenues in carmine vires,
non tamen ah tenues liquimur in lachrymas!
Carmina debentur lachrymis, lachrymaeque sepulchris,
debentur functis luce sepulchra viris.
Huc huc et charites properent, Phoebique sorores,
quae colunt fontem numina, quaeque nemus.
Huc, inquam, properent, elegisque furentibus ornent
busta sepulchrali semper alenda face.

Ad Seraphum

O qui nobile nunc peritiorum
effulges specimen quod extiterunt,
quotve sunt modo, quotve erunt deinceps,
mallem aut Chrisogono aut mihi dedisses,
quam isti delicias poëticorum,
Flacci scilicet aureum libellum.
An sat commodus ille, idoneusque
horti fossor habetur, ut libellum
tam bellum, aureolumque, melleumque
docti susciperet manu Seraphi?
an, Seraphe, habilem esse censuisti
durum foenisecam explicare Flaccum?
Is quanto magis utilis ligoni,
is tanto minus utilis libello est,
cui nec littera quamlibet minuta,
nec tantillus apex patet figurae.
Verum, inquis, bonus est vir, ah cachinnor
ut huius bonitas homuntionis,
qui bubulci ad aratrum ineptit, aptet
se se Flacci ad Epistolas profundi.

Agricola ad suum ligonem

Amo te merito Ligo ligonum
antistes, nitidi minister horti.
Nam quantum est, vel erit, vel ante constat
tot iam saecla fuisse sarculorum
nemo te melius repurgat herbas,
unde tot sata, multiplexque vernat
pubertas holerum, decusque florum.
Tua namque opera nemus virentum
betarum superat, suosque late
dat lactuca dapum quies lacertos,
non est dicere quanta brassycarum
sit vis; dispeream nisi praealtis
se herbae subiiciant pares cupressis.

Conclusio

Quae prius ingenio docili mihi floruit aetas
magnificae poterat laudis adire iubar.
Decipitur iuvenum sed mens improvvida, quae quo
saepe decus poscit, dedecus inde refert.
Cum macaronaeae subeunt ludibria vanae,
tam pudet ut pudeat non puduisse satis (1).

(1) L'esemplare della Comunale di Mantova ha, a questo punto, la simbolica vignetta d'un agnello che torna raumiliato all'ovile, col motto « *Perieram* ». Manca invece questa figurazione nell'esemplare della Vittorio Emanuele, recante qui l'*explicit*, ripetuto poi un'altra volta nell'ultima carta. Ciò significa forse che l'autore volle introdotta la vignetta dell'agnello, quando giá la tiratura della Cipadense era inoltrata. Sarebbe dunque un'altra prova non doversi prender per buona moneta la dichiarazione premessa all'*Errata-corrige*, che gli « errori non puochi della stampa » spiega col « non esservi travenuta la correzione del proprio autore ». Il fitto *Errata-corrige* occupa tre pagine e mezzo. L'*explicit*: « *Cipadae, apud magistrum Aquarium Lodolam* » è fregiato da un ritratto del poeta coronato d'alloro: ritratto non fantastico, forse, perché se non somiglia al celebre busto del Museo di Mantova (esemplato dal Portioli), e tanto meno al ritratto del Folengo preposto all'ed. Amsterdam (Napoli, 1692), mi pare tuttavolta arieggi quello, onde il Terranza adornò l'edizione mantovana del 1768, desumendolo da un « archetipo », posseduto dai Capilupi, parenti del Folengo (cfr. *Studi folenghiani*, p. 67).

III

SAGGIO DI VARIANTI DELLA TOSCOLANA

I

LE PREFAZIONI

I

Epistolium colericum
magistri Acquarii
ad
Scardaffum Zaratanum
Merlini poëmatis corruptorem

Laudabilis et observabilis apud antiquos usanza fuit, ut in suarum frontibus epistolarum aliquam salutationem percupiant et ascribant recipienti eas condignam. Quam igitur salutem, ut huiusmodi mantineamus costumamentum, tibi, sbudellatissime Scardaffe, convenientem mandabimus? An Dei gratiam? minime, quia Christum, sanctamque Mariam renegasti. An corporis bonam valetudinem? absit, es etenim (ut diu sbaiafasti) consumatissimus herbolattus, et Avicennam, Hippocratem, Galienum, Mesuen totum avantaris imprendisse, et ideo de sanitate conservanda non ullum tibi habes mancamentum, nam (teste Plotino) male guaribit alios qui sibi medemo infirmanti dare soccorsum nequit. Verum tibi congruum illud disticon inveni (1):

Dens tibi si caderet quoties fers ore bosiam,
iam tua non posset pane ganassa frui.

An tibi richezzam denariosque desiderem? ad propostum nequaquam. Te namque per botegas toga brocata decorum, colana torquatum, supra mullettam cavalcantem saepe sguaitamus observamusque; non tibi, mullettaeqûe tuae polîmenta desunt, non staffiles

(1) Cfr. l'epigramma *Ad Briossum* [Ed.].

recamati, millibus et stringulis ornati. Qua propter richissimum te arbitramur. O si teipsum considerares, quam bellum nobis de te spectaculum praebes, quum passu portantino tich tach pedibus sonantibus hinc inde per urbem cursitas! An tibi filios optabimus? nec ita, quando quidem castratus es, nam dum in arte castratoria te peritum iactabas, quendam soldatum lergnam patientem eunichizare presumpsisti, credens (ut usaris) aliquem ditesticulare porcellum, illi miserulo genitalia simul et animam cavasti. Porro soldati ceteri, non pocum tua pro imperitia sdegnati, te nasconditer pigliarunt ligaruntque, ac sine tantis tenais, ferrisque affogatis, tibi castronato baricocolos extirparunt, fadigamque filios generandi pènitus abstulerunt. Hinc tibi supra pilastrum quendam carmen attacatum fuit, creditum poëtae Godii.

Legis adimpletor meritat Scardaffus honorem,
  vult oculum pro oculo, pro pede vultque pedem.
Sic, dum testiculos morienti taiat ab uno
  milite, testiculos praebet et ipse suos.

Ringratiandus tamen est magister Zucconus peritissimus castrator, qui rogatus nisi tradidisset aiuttum, tirasses merito sursum (ut aiunt) calzas. Ergo nec huiusmodi salutatio convenit homini docto, ricco, castratoque. Tanta denique fantasticatione cerebrum gratavi, quod pulchra, quod sufficiens, quod omni laude dignissima, per me salus retrovata est. Accipe igitur, fratèr mi Scardaffe, mi frater dico, quem super furcas tam filialiter et voluntariter appicatum viderem et crocitantes cornachias effossis oculis nutrientem. Mi denique frater, cui cancarorum quattuor galeas desidero, cui quantos per contadinorum copias sentimus nominare giandussas, angonias, codosellas desideramus in corpore, talibus namque gratiis (sunt enim gratiae gratis datae) perfectior et praticatior herbolattus evaderes. Sint itaque tua salus infrascripta mala, quae Merlinus noster in quartadecima macaronice loquens de Saturno ait:

Capitis dolor, hydropisia, *ecc.* (1).

Haec itaque Saturni familia tua sit salus, dilecte Scardaffe, quia iuxta meritum dandum est precium, nec tantum haec eadem in tuo corpore desideramus. Verum tum in famiglia et parentela tua, tum in amicis, benefactoribus et tibi benefacturis appeto; quis non

(1) Segue tutta la filatessa delle malattie: cfr. *Baldus*, XV, 362-73.

ista fideli percuperet familiari? Ut autem sis felicior, haec irremediabilia fore velimus et in his voluptatibus te nestoreos agere dies divi concedant. Vin scire quod tuum beneficium erga me sic bene tibi desiderare commovit? arrige aures, bricone. Divinum quippe volumen Merlini Cocaii mihi furtim surripuisti, mox omni latrina merdolatius imboazzanter ad lucem venire fecisti. Audiat terra, coelum, mare, Plutoque causam falsificationis eiusdem voluminis praeclari, et subtiliter universis tuae sceleraginis rebus fantasticatis iratus aetheris arbiter te summo de troni solio fulmine devoret. Scelerate, proterve, ribalde, ladrò, sacrilegiis plenissime, venisti iam pridem ad me, nescio quibus lusenghis, petere veniam ne te amplius per expressum zaratanum, subdolum, falsum, ribaldonem manifastarem. Quando quidem quotidie sentiebam te super bancos et pulpitos predicare et zaratanizare, ubi vendebas bissolos, impiastros, cerottos de stercore canis compositos, probans esse optimum ad expellendam rognam cerottum. Avantabas quin etiam te sanare absque bragherio rotturas, cavare dentes, foecundare mulieres, purgare oculorum pannos et catharates, extirpare petras, et omnia haec absque dolore faciebas, immo facere dicebas, quosdam componebas siroppos, pilulas, unguentos, confectos quos falso appellabas dragantes, dyaquironem, elefanginas, crocias, aureas, sine quibus et caetera. His ego tuis ribaldariis motus, per quas non modicas acquirebas pecunias et homines perimebas non tuli, imo te per strionem pubblicassem, ni subito venisses ad veniam. Ego benignus cessi, mox humiliter nostris in penetralibus accepi, ubi nostras lucubrationes aliquantillas ostendi.

Tu tamen fraudolenter me inadvertente poëma praeclarissimi poëtae Merlini Cocaii macaronicum robasti, corrupisti, falsificasti, et multa non sua interposuisti, et plures libros surripuisti, quos tibi tribuere volebas, manigolde, furcifer malignissime. Esset enim sacrificium non modicum Deo gratum te scortegare, homo pessime, non homo sed bestia, diabolazze; praeterea sic imboazzatum, castratum, totum ab illo mutatum stampare fecisti. Quid promerebat vates inclitus sic a te viciari? Utique causa vindicandi te, quoniam tuas insectabar malignitates? Simulator pessime, quem de Ganelonis maganzesi natum iudico et quem patefacturus sum per barrum, per ladrum, per rofianazzum. Vade in malam crucem et quantum Ovidius Naso desiderat in Ibin multiplicatum millies in te nunquam deficiens veniat.

II

LAUDES MERLINI

EIUSDEM MAGISTRI ACQUARII LODOLAE AD ILLUSTREM DOMINUM PASARINUM SCARDUARUM COMITEM, DE VITA ET MORIBUS MERLINI COCAII ET DE INVENTIONE HUIUS VOLUMINIS.

Dudum, serenissime princeps, adeo meum imbalordasti cervellum, ut tibi de catatione voluminis huius aliquid ispienare velim, quod de memoriae cadastris quasi mattus cascarim. Quam ob rem ne tantum mihi amplius tribuas impazzum, accipe rem, non quam orecchis aut naso audivi, verum his manibus pertoccavi. Iam pridem nosti quantum ego sim in curiosare mundum solicitus, diversasque rerum proprietates; et hoc herbolattos, dentiumque cavatores, braghirorum conciatores maximamenter condecet. Accidit nos aliquanti herbolatti Armeniam versus navigabamus causa retrovandi radices, herbas, lapides, vermiculos et huiusmodi facendas ad conficiendam tiriacam bisognatissimas. Erant nobiscum super eandem, medesimamque garavellam, seu barcam intelligibilius dimandandam, magister Salvanellus Boccatorta, magister Dimeldeus Zucconus, magister Ioannes Baricocola, magister Buttadeus Gratarogna, et ego magister Acquarius Lodola. Erant praeterea quatuor praticatissimi artis physicae giudei: Samuel videlicet, Nabaioth, Helcana, Ruch. Isti omnes insimul aequoris schenam traversando schavezzabamus. At pluribus exactis giornis, ventorum contrariatio tanta surrexit, et pluviarum discrepantibus ventositatarum fulminibus tanta fluctuatio nos accoiavit quod ad quandam inhabitatam et inherbosam terram nostra tandem garavella se nolendo inzappellavit. Ibi ergo nescio quo portu recepti, anxii, stracchi, affamati, bagnati tandem desmontavimus in sabionigeram littoris spiazam, et aliquanticulum repossati surreximus ad investigandam loci proprietatem. Terenus erat primamenter arenosus, unde foltum pignarum intravimus boscamen; insofribilem caldum Phoebus illic sparpagnabat, quapropter tum pro maris balordimento sbalanzantis, tum pro solsticii boimento ad cuiusdam smisuratae montagnae cavernam prestiter confugimus. Quae primo in intramento guardantibus

intro non pocam mentis cagarolam incutiebat. Verum gaiardos assumentes animos deliberavimus accepta prius victuaria, nec non lanternarum lusoribus, illam finaliter incuriosare. Facto itaque signo crucis, magistro Salvanello davantum eunte, subintravimus, et caminantes caminantes semper magis ad bassum andabamus. Post duorum caminamentum dierum, ecce vetustas cadaverum gambas, testas, brazzos, spallas, variaque diversorum animalium acatavimus ossamina, quibus calcatione pedum trapassatis, antrum spaciosum cum duabus de brunzò portis mire lavoratis ac intertaiatis aspeximus; hic dubitativi per horam unam remanivimus quis prius introgredi bastaret animo, resembrantes illis sgnavoliloquis gattis, qui concilio facto consultaverunt Apollinem quis mezeni persuttum prior assaltare deberet; aut magis assomiabamur toppis vel soricis, qui sortem buttarunt qualis foret attacaturus sonalium adversanti gatto. Tandem ad guisam pegorarum, unum presumptuosiorem aliis seguitavimus. Imus hinc inde per illam cerchitantes grottam, vidimus incudines, martellos, tenaias, scarpellos, et haec similia multum rugine facta. Vidimus insuper gambas, schincas, testasque homininas: quanta maravigliatiatione afficiebamur tu ipse pensato. Ulterius procedentes ecce (mirabile dictu) marmoricias undecim adnumeravimus sepulturas, quarum granditudinem non meum est calamo distorchiare. Super illas autem porphidina tabula ficcabatur pendula, qua litterulis antiquis et indoratis hoc epigramma compositum per nostrum Merlinum Cocaium poëtam mantuanum sculpebatur. Lege:

Hos sculpsit tumulos Merlini dextera vatis,
 magnanimos posuit sub quibus ipse duces.
Qui phlegethonteas superis cedentibus umbras
 lustrarunt, et res, quas egocumque cano.
Scripsimus hexametro baldense poëma cothurno,
 non tamen ad metam sors tulit ire suam.

His dudum subtiliter fantasticatis, epigrammata supulchrorum sigillatim perlegere comenzavimus. Erant (velut dixi) lapides undecim galantiter et strafozate per sculpturam fabricatae. Quarum in medio formosior aliis sepultura super quatuor leones bronzineos eminebat et in porphidina monumenti bianchitudine talia notabantur carmina. Lege:

Baldo nempe gravi sum debilis urna sepulto,
 quem nihil infernae terruit unda Stygis.

Ad manum dexteram ipsius sepulchri candidissimus alter tumulus a quattuor bianchezantibus sublevabatur columbis, hoc etiam intaliatus metro. Lege:

Semper apud Baldum contempto patre Rubinus
vixit, et a tumulo non procul esse tulit.

Ad sinistram vero eiusdem sepulchri baldensis aliud virgulatum ac totum discoloribus intravaiatum vidimus sepulchrum, in quattuor gattis sorianis apostantem, ubi disticon subseguitans legebatur:

Vixi praedator Cingar, sed lapsus ad orcum
flevi, mens fletus coepit et alta meos.

Apud Rubini marmor talis quoque versus in quodam saxo notabatur, ad guisam furni fabricato, supraque quattuor grandes et parvas, grossas et subtiles trevellas sustentato. Lege:

Captus ab egregio Baldi Philotheus amore
dicor, hic ossa petram, spiritus astra tenet.

Non procul apud Cingaris lapidem hos annotatos versus in faciem tumuli ab aliis diferentiantis (erat enim plus altus quam longus) vidimus, quem Circes et Medea metalliciae sustentabant anxiositer. Lege:

Si me semicanem fecit natura, quid inde?
Falchettus vidi tartara, cerno deos.

Quapropter hac pro versifichitudine considerascebamus eundem Falchettum extitisse semimastinum, apud quem pulcherrimum saxum, totum vignarum maderis circumtorchiatum inspeximus, supra duos canes et duos hircos depositum, sic epitaphizatum. Lege:

Nobilis Hircanus dedit huic sua membra sepulchro,
cui nutrix mater Cingaris ipsa fuit.

Apud eandem Hircani sepulturam carmen istud haerebat lastrae calcedonii, et pondus marmoris quatuor linces maculosae obliviosaeque sustentabant.

Infans ut Baldo vixit Moschinus, homoque,
si ditem haud secum viderat astra videt.

Non procul ab ipso monumentum aliud sublime fundabatur super

quattuor noctivagos vespertiliones corpore vastos, et hoc signabatur epitaphio. Lege:

Hic Virmazze lates, Centaurus qui licet esses
non tamen a superis destituare bonis.

Ad aliam vero partem apud Philothei bustum sic in marmore seminigrefacto et semirubefacto carmen habebatur, sub eodemque sepulchro puella illisa et depressa gemebat. Lege:

En ego Lyronus subiens Acheronta, latroni
flens vidi poenam quae mihi danda fuit.

In aliam quoque bandam in urna vel potius in maximo botazzo prosam istam vidimus inscriptam vino, ut ab odoratu pensari poterat:

Nec in coelo gratia nec in inferno poena datur
bofonibus, hic ergo vivam Bocalus.

Obstupefacti pro huiusmodi epitaphio deliberamus evolvere petram instar cocaii stopantem os urnae: quo facto, cernimus en hominem magrefactum, barbatumque usque ad umbilicum, et insuper ludentem secum more magatellantis cum gallis, bechiris, nonnullisque frasculis. — Quid me — inquit — molestatis, desviatisque? — Ad quem nos: — Qualis et cuius es tu? — Et ille: — Sum qui fui, sed ero qui non eram, si dederitis quod non dedistis. — Nos verbum aenigmatizatum et dignum oedipodensci splanatione admirati retulimus: — Dic clarius. — Tum ille suspirans: — Nulla gratia datur in coelo buffonibus; buffonus extiti, quo nec coelum nec infernus possunt me suscipere, in vobis tamen humanis hoc pendet arbitrium: si boni aliquid pro me feceritis, ad coelum pergam; si malum imprecabimini, prestiter in infernum strassinabor, videte vos. — At nos: — Quid vis? bonum aut malum? — Et ille: — Quod naturaliter homo desiderat. — Quo dicto sic mutus conticuit, ut ab eius unquam bucca potuimus nientum ulterius accipere. Itaque frater quidam Gelminus, qui nobiscum aderat, psalmos, hymnos, « Requiem aeternam dona eis, Domine », et « A porta inferi » barbottare comenzavit. Unde nobis adstantibus ille corpore desligatus ad coelum squadras inter aetherias semper godituros passavit. Nec pochinum imparavimus homines bufones partem nec in coelo nec in inferno tenere, sed nostrum est orare pro illis qui nostras buffonizando melenconias eripiunt.

Nos perinde transeuntes ulterius ecce maximum instar monticelli sepulchrum de saxo vivo scarpellatum supra quattuor ulmi siccos troncones apozatum sic scriptum:

Fracassus cubitos longus quadraginta sub orco
  Luciferi ad mundum cornua bina tuli,
in quibus ereptas quoniam duo mille ferebam
  de poenis animas, pellor ab arce poli.
Ante fores coeli supplex exoro Tonantem
  ut mihi pro tanto crimine det veniam.
Iudicis at magni fuit haec sententia: tot stet
  annos Fracassus quot fuerant animae.

His itaque fantasticanter animadversis huius nostri vatis Merlini aliquod quaerebamus indicium, qui de stanciis diabolorum quinque libros composuerat. Post longam querositatem et investigationem vastum quendam cassonem vel dicimus cofinum desotteravimus, quo securibus et manarinis spezzato eiusdem nostri poëtae laureati Merlini thesaurum invenimus, videlicet in arte macaronica doctissima volumina, libros, librettos, libriciolos, librazzos et mille alios scartafacios. Ergo nos magis alegri quam si Croesi dinaros catavissemus (quandoquidem nobis philosophis magis scientia quam pecunia granditer agradat), incoepimus quadam animi voluptuositate ac ingorditate modo hunc modo illum scartabellare codicem. Erat autem inter alia volumina liber aliis maior *De universis rebus naturalibus* tractans, non forsitan inferior aristotelicis platonicisque sothiezzis. Erat insuper alter *De supernaturalibus*, multis in argumentis Platoni contrarius. Erat volumen *De striis et striabus*, et hic non pocum contrariabat dominicinis fratribus. Erat liber intitulatus *Bariuth*, alter *Transbarach*, alter *Rabaioth*, alter *Sgnirifot*, alter *Scarcacol*, alter *Cracricon*, alter *Striblafel*, alter *Argnaficoticon*, alter *Schinphoniapeliticonicon*, et plures alii, quos de mei memoria cascavisse doleo, qui tractabant de fantasiis et argutiis et galantarlis tam iocundis, quod homines forsitan eloqui non esset bisognosum, scio quid dico quando dico favam. Inter alios hoc magnum volumen *De gestis et facendis Baldi* recatatum fuit, quod in quandam capsettam una cum faceto libello intitulato *Moschea et Zanitonella* governavimus, multa insuper epigrammata et epistolas non ante stampatas invidia et rancore poltronis manigoldique Scardaffi: quae omnia (velut credere dignum est) sibi attribuere in successu temporis volebat, suas tamen dessoteravimus magagnas, quem totum per orbem vergognavimus,

licet quid sit vergogna nunquam villanus, gaioffus, canis mastinus, asinus imparavit. Ipse magnum volumen *Baldi* deturpavit, violavit, robbavit et castravit, ut supra diximus in *Epistolium ad medesimum Scardaffum*.

Caeteros autem libros abandonantes in eodem capsone, deliberavimus ad barcam hunc transferre, sed aut Deus aut diabolus non tulit hoc, nam cum pariter omnes suppositis spallis illum portare sforzaremur tantus illico terremotus et ventus et petrarum incussio sbattere comenzavit, quod relicto cophino scapinare cepimus, dubitativi quidem illam nobis montagnam adossum ruinare. Tandem extra cavernam retornati non vento, terremotuque rafinante, navim descendentes intravimus et a littore nec bene discostati vidimus illam miraculose natare terram et a nostris oculis iam quaranta miliaros longe factam et apud illam non amplius remedium est appropinquare posse, quoniam si marinari saltem ibi prendere portum minazzant, illico medesimus terremotus cum tonitruationibus et nivolorum perturbatione movetur. Ego itaque propriam ad patriam retornatus non audebam formidine quadam aperire capsulam illam, qua baldensce poëma et libros tres *Zoroastrem* (1) posueram simul cum *Moschea et Zanitonella*.

Tandem animatus aperui reperique. Dum ergo multa secritudine studerem ac pocum dormirem super illos, comentariolum meum et argumenta cuiuscumque libri composui, univique libros *Inferni* cum prioribus Baldi gestis. Sed meam ob gentilezzam magistrum Scardaffum ciroitum duxi, et occulte studiolum meum illi palesavi. Ladronazzus itaque furtim et libros Merlini et mea pariter comentaria sustulit, et inordinatos et male castratos imprimere fecit, immo confusos et iam non Merlini libros apparentes. Verum amicorum favore suffragioque meorum suas descoperui falsitates et per rasonis forzam coactus fuit primum et verax volumen edere, nec bene tamen limatum, et multa quae in primo Scardaffi libruzzo fuerant male dolata bene dolavi, primamque in imaginem retornavi. Et haec denique bastare possunt quantum de recatatione huius voluminis.

En itaque, serenissime Princeps, tibi modum reperitionis huius voluminis diffuse spianavimus, nec me id somniasse putato quan-

(1) Così vuole si legga l'errata-corrige: mentre il testo recava « *libros quinque De inferno* » [Ed.].

doquidem plurimos tibi adducere possum testes, maxime coherbolattos meos. Infantasticabile vero nostri poëtae sentimentum iam menses pene septem adeo sforzatus sum distorthiare vel magis crevellare, quod meum ingenium quasi (velut aiunt) de birlo cascavit. Singula tamen brancatissime ad ultimum attacavi, tantam philosophiae, astronomiae, cosmographiae, musicae, nigromantiae, phisicae, alchimiae sparpagnationem et doctrinam maravigliatus ut nihil Pytagoram, nihil Platonem, Ptolomeum, Boëtium, Zoroastrum, Avicennam, Geber fuisse iudicatum est. Praeterea grandiloquacitationem, sermonisque pinguedinem masticantes, Ciceroni, Vergilioque incagare praesumimus. Nonne quandam parlandi bravariam et altezzam sua demonstrant carmina?

Raspantes nequeunt in stroppa stare cavalli, *ecc.*

[*altri versi congeneri*].

Quid in pulcherrimis comparationibus adeo laudare convenit Lucanum? ecce noster Merlinus quid de Baldo scribens ait:

Cum quali furia taurus sub amore vedellae, *ecc.*
Qualis villanus cui nuper forza botazzi, *ecc.*

[*cita per disteso i notissimi paragoni*].

Si descriptionem alicuius maritimae tempestatis quaeris, quid tuum vadis rumpendo cermisonem circa primum *Aeneidos* Vergilii dicentis:

Una Eurusque, Nothusque ruunt, creberque procellis
Aphricus;

en Merlinus ait:

Iam gridor aetherias hominum concussit abyssos, *ecc.*

[*è la descrizione della tempesta, cfr. lib. XII, 472 sgg.: molti versi però citati nella prefazione offrono delle varianti col testo medesimo della Toscolana. Altra prova, se pur ve ne fosse bisogno, che le prefazioni di Aquario Lodola son farina del Folengo*].

Si moralitatem, laudabilesque autoritates optas, quid Iuvenalem, Horatium, Terentiumve scartabellare bisognat? audi Merlinum nostrum.

Post damnum pentire valet, mihi crede, negottam, *ecc.*

[*e molte altre sentenze sparse nel* Baldo].

Denique totum morale volumen retrovabis. Si curiositatem astronomiae velis, quid tantas metallici rammi sphaeras? quid Euclidem conaris intelligere? Vide tertiam et quartam decimam *Baldi* macaronicen, quando quidem poteris ibi diffusius brancare. Ecce quid de luna dicitur:

Cernebam lunam maculosa fronte biancam, *ecc.*

[*cfr. lib. XIV, 43*].

O eloquentissimum, o peritissimum poëtam! Si quaeris descriptionem battaiarum, rumorem, ordinem squadrarum, denique militiae artem, lege primam, decimam, et decimam nonam, vigesimam primam macaronicem. Si navale bellum lege quintam decimam. Si artem magicam, decimam octavam; si musicam et cosmographiam, vigesimam; si alchimiam, duodecimam.

Sed nihil dicimus de arte poëtica: vide quale principium facit melius assaium quam Vergilius:

Phanthasia mihi quaedam fantastica, *ecc.*

Sed volendo cuncta declarare pulcherrima, totum oporteret adducere volumen in testimonium; tu, ingeniose princeps, melius quam ispienaré velim, nosti.

Verum super omnes quae in ipso fuerant virtutes, propheticum habuit spiritum, nam de pontificatu Iulii et Leonis predixit, deque Gonzagarum felicitate, diversorumque nobilium suae civitatis. Taedet me hoc nobile volumen ab illo non fuisse recognitum, nam (teste Columella) terra quo magis lavoratur magis ingrassatur. Id probatur quia (sicut Vergilius) multa carmina reliquit imperfecta. Attamen solertia qua fungor ad melius quo potui primam in formam redigere curavi, sed Scardaffi et avaritia et perfidia multum honoris detrimentum perpessus sum. Scio quod multi admirati sunt quoniam nimis indusiavit ad lucem prodire. Incusanda est numorum cupiditas, nam tamporibus nostris virtus depressa tenetur, et avaritia philosophiae praeposita est.

III

Merlini Cocaii

Apologetica in sui escusationem

Quisquis es, o tu qui meum hoc grassiloquum perlegendo volumen ridere paras, ride, sed non irride, quia si dementer irridendo rides, alter Marguttus rideas irrisus. Verum quoniam experientia nos omnes esse medici volumus, sic omnes aut interpretes aut correctores librorum esse presumimus. Audiant itaque huiusmodi correctores et faciles aliorum emendatores et antequam me corrigant apologeticam istam legere dignentur.

Ars ista poëtica nuncupatur ars macaronica a macaronibus derivata, qui macarones sunt quoddam pulmentum farina, caseo, botiro compaginatum, grossum, rude et rusticanum; ideo macaronices nil nisi grassedinem, ruditatem et vocabulazzos debet in se continere. Sed quoniam aliud servandum est in eglogis, aliud in elegiis, aliud in heroum gestis diversimode necessarium est canere; verbi gratia de rustico Zambello scribens dicam: « o codesella », *ecc.* Iterum de barba Tognazzo: « est verum quod nos o cara brigata chilò », *ecc.*

Hoc parlandi genus rusticanum rusticis convenit. Parlatio vero minus grossa tempestatibus maritimis, bellorum descriptionibus et quibusvis rebus non rusticanis applicanda est.

Si tamen in aliquibus locis succurrit loqui aut de Deo aut de sanctis, indignum et vituperabile esset non uti latinitate aliqua, non tamen tam alta quod videatur lapis preciosus limo sepultus et gemma porcis anteposita.

Ideo post musarum macaronicarum suffragia quandoque Thaliam invocare ubi condecet voluimus.

Mordebor tamen a multis quod utor carminibus nimium incompetentibus, maxime: « se cagat adossum », « passare delaium », « dicendo nientum », « non erat anchoram », « non erat appenam », et innumerabilia quae grossolaniter proferre debemus. Immo veram

macaronicen huiusmodi vocabula sapiunt; nam quo magis grossiliora sunt eo magis macaronicam adducunt elegantiam, et tanto plus intelligibilia quanto grossolania. Ut quidem enim macaron inventum est? Dicimus « se cagat adossum »; melius (fateor) dici potuerat « timet ». Sed cur, inquam, fuit repertum macaronicon? causa utique ridendi; ergo « se cagat adossum » positum est causa ridendi et non orandi, nam vulgariter dicimus: « *el si caga adosso di paura* », quando quidem vulgare eloquium est macaronicis poetae latinizare. Sed dicet aliquis: — Vocabula fingis, o Merline, quibus patria tua solet uti tantummodo, exempli gratia « doniare pue las », « cimare », « tracagnum » et cetera, quae tantum aut mantuanice aut bressanice possunt intelligi. — Respondeo: quod veluti non omnes aut grecum, aut hebreum, aut arabicum, aut chaldeum, aut denique latinum simul intelligunt, ita nil mirum si cuncti mantuanicum, aut florentinicum, aut bergamascum, aut todescum, aut sguizzarum, aut scarpacinum, aut spazzacaminum minime sciunt pariter intelligere.

Ut quid ordinantur commentatores ac linguarum interpretes? ut quid translatores? procul dubio causa splanandi linguarum incognoventiam. Ergo non fas est meipsum auctorem interpretare. Iterum obiurgaris me non sillabarum quantitatem observasse; respondeo iterum quod veluti summopere differt orthographia vulgaris et toscana latinitati Ciceronis et Vergilii carminibus, ita macaronices regula difert a latina sicut inferius videbis. Praeterea si me ignorantem, minime doctum, minime poëticum reperis et probas, non erras, immo cedo et fateor id humeris meis pondus congruum non fuisse.

Verum qualem cognoscis talem tibi amicum accipe.

IV

Normula macaronica de sillabis

Normula sillabarum macaronicarum haec est: ut quaelibet vocabula vulgariter latinizata scribi debent in forma vulgari, sicut « orecchia », « occhius », « rozzus », « razza » et innumerabilia. Latina vero vocabula suam observant quantitatem, ut « caballus », « focus », « accendo » et cetera.

Quaelibet dictio macaronica, cuius prima sillaba duos habet consonantes, non haerentes sequenti sillabae, sunt ad placitum, ut « gridare », « sbraiare », « tracagnum »; tamen non succedente vocali, quia tunc brevis esset, ut « briossus ».

Quaelibet dictio quae litteram « i » et « u » claudit inter duas vocales latine fit longa, ut « maia », sed macaronice fit ad placitum, ut « taiare », « sbraiare » et cetera. Quaelibet adverbia terminantia in « a », aut in « e », aut in « o » latine sunt longa, quamvis multa in « e » excipiuntur; sed macaronice sunt ad placitum, ut « valde », « longe », « retro », « ultra », « erga » et cetera. Reliqua vero latinitatis aut vulgaritatis orthographiam servant; verbi gratia, si hoc nomen « aqua » non potest latiniter aptari versibus, scribe vulgariter « acqua », tunc de brevi fit longa sillaba.

Denique sicut Vergilius ac caeteri vates in arte poëtica potuerunt alterare sillabas autoritate sua, verbi gratia « relliquias », ita macaronicus poëta non minus hanc auctoritatem possidet circa scientiam et doctrinam propriam, ut « catare » et « cattare », quamvis rarissime. Item macaronice potes duas vocales collidere in medium dictionis, ut « curiosus », trisillabum facere potes, ut stare possit carmen. Item sicut plurima vocabula differunt a derivatis suis quantum ad sillabas, ut « sedes » habet primam longam, et « sedile » brevem; « flagrum » et « flagellum »: ita macaronice dicemus « frater » et « fradellus », « cagna » et « cagnola », et multa alia. Tamen de principio ad finem libri repperies me latinae poësiae et regulae summa cum diligentia adhaerere. Reliqua vero non bene tibi quadrantia aequo animo feras et haec bastabilia sunt quantum ad sillabarum macaronearum regulam.

II

LE EGLOGHE FINALI DELLA « ZANITONELLA »

[Delle postille marginali riproduco in nota le sole didascalie riferentisi all'azione rappresentata: quelle glottologiche sono inserite nel *Lessico*].

ECCLOGA SEXTA

QUA INTRODUCUNTUR TONELLUS ET PEDRALUS QUI AMBO INEBRIANTUR

To. O fortuna mihi nimium rabiosa tapino,
o quae sola faves poltronibus atque ribaldis,
qua causa tanti per te mihi dantur afanni?
Cur mihi non streppas animam de corpore tandem?
Nonne foret melius semel hunc sborrare fiatum,
omnibus in giornis quam mille morire fiatas?
Est fortuna quidem merda merdosior omni,
et tamen a multis tu zuccarus esse videris.
Quos tales utinam cagasanguis amazet adessum,
namque ficaverunt speranzam firmiter omnem
in te, quae tandem das, oyme corada, malannum.
Indarnum studui tibi pro servire gaioffae,
sed mihi voltasti cervellum more gazani,
deque meo penitus privasti ladra placero.
Pe. Quid sturbulentus facis hac, Tonelle, sub umbra?
Nunc ego rampatus longam scalvare pioppam,
ut viridi possem foiamine pascere vaccas,
audivi lacero te suspirare magono.
Deprecor, ut quod habes voias buttare deforam.
Tu scis non pocum strictos nos' esse parentos,
scis quantum savius villa sum dictus in ista,
conseium quapropter ego dabo forte galantum

per quem lassabis doiam, Tonelle, dabandam,
forsan et altorium quemquam donabo chiloium.
To. Nunc nunc pensabam quod me tentare venires,
hinc fuge, perque tuum vadas, Pedrale, viazzum.
Ad corpus sancti, quod blasphemabo lupini (1),
si, Pedrale, loco non te distollis ab isto
nos plusquam cinquanta duos parebimus esse.
Pe. Nonne tibi dico quam sis, Tonelle, maruffus?
Scire tuos guaios modo quaero daturus aiuttum,
et vis ad primum mihi testam rumpere tractum? (2)
To. De guarda guarda, non magnus bastat afannus,
qui mihi cantono milzam rosegavit ab omni,
si non hic etiam me disturbare veniret.
Expecta, poltrone, volo tibi rumpere schenam,
forsan pentibis mihi nunc venisse davantum.
Pe. Vade pianinum, rogo te, mi care Tonelle,
iam non ira viri stravacatur more ledami.
Num, poverelle, tuum patieris battere barbam?
To. Si tibi perdono, veniat mihi cancar adessum,
quamvis deberem subtilem perdere bragam,
quam soleo tantum festivis ferre diebus.
Guarda, vilane, volo nunc me sborare daverum.
Pe. Horsu ne facias, es mattus? vade, padimma.
Qui sumus, an nescis? sta retro, dico, Tonelle.
Mo, sagurate, tuum sic vis tractare Pedrallum,
nescis quam cari sotii sumus atque parenti?
Sic tua de proprio cascat mermoria scanno?
Sta retro, si vis, non dixi, non ego feci
tam grandem cosam per quam me battere debes.
To. Nonne tibi dixi de prima, vade, Pedrale?
Aut quod deberes oculis te tollere nostris?
Cerne meos vultus (3), si vis cognoscere doiam.
Pe. Do, compagne, tibi perdonum, doque rasonem;
te quia cognovi nimiam sburlasse gramezzam,
deque tuo birlo mentem butasse stravoltam.
Post haec excuso si te furor illico brancat,

(1) Irascitur Tonellus.
(2) Sumpserat nam bastonem.
(3) Vultus est animi index.

namque tuum fratrem Bertol, patremque Maionem
cognovi pauca boriolos essere causa.
Ergo, Tonelle meus, cordoium pone dacantum,
atque tuum tanto de inflazine cava magonem.
Dicito cuncta mihi, tibi sum, Tonelle, fidelis.
Ne, meschine, velis tantum lagnare, quod inquis?
Non parlas? de butta foras codesella venenum.
Nil mage debilitat vel nostros incoquit artus
pectore sub tacito, quam mens agitata dolentis.
Corneus hac animam profudit sorte Ioannes (1).
Et licet hic vermis tua rodat corda cativus,
cuncta sed ad carum compagnum dicere debes,
qui mala cervelli pensiria pacificagat,
dummodo cuncta sibi, nil servans, significagat.
To. Quid, Pedrale, modo mihi tantum rethoricagas?
Vin quod ego dicam tibi verum? pone culamen (2).
Unxisti forsan musum, vel forte bibisti,
et mihi nescio quo vis predicare proleccho?
Nunquid ego potero sine naspo svolvere filum?
Si mihi sorbottum vini fers dando fiascum,
cuncta recunctabo, sic vox ladinior exit.
Pe. Si tibi non bastat vinum, quin? carpe botazzum.
Pedrallus tuus est; barilottus, et iste lorettus
sunt ad comandum cari mea cuncta Tonelli.
To. Clo clo, quam bonus est, refero tibi mille cotalas (3).
Dicere sed quid ego tibi nunc, Pedrale, volebam?
Pe. Do angonaia, tulit sensum fortasse barillus?
Est poca, crede mihi, quam suffers pena, Tonelle.
Gratta caput, capitis revocat grattatio mentem.
To. Quos habeo drentum quantum bene nosco travaios.
Attamen ipsorum per adessum nescio causas.
Cras dicam, postquam mangiavero quinque menestras,
sive fasolorum vel tres vel quinque scudellas (4).
An sed ego tandem memoro, Pedrale sodalis,
o cancar, quantas habeo sub pectore doias.

---

(1) Corneus Johannes.
(2) Pone culamen pro sede.
(3) Post potum in qua sal positum fuerat paulatim ambo inebriantur.
(4) Nam in alio loco: «sensumque fasolus aguzzat».

Non bastat quod me tormentant, sed codesella
iam quasi sborravi medio de ventre fiatum.
Non tibi sanglottos, tibi nec suspiria dico,
qui per iter colli vellent exire deforas,
sed quia sunt troppi braghae sorrantur ab imo,
et sic efficiunt suspiria saepe corezas.
Attamen hanc nostram postquam vis noscere poenam,
dicam; quaeso, tuas distende parumper orecchias.
Credo scias, Pedrale meus (si forte recordas),
quod mea fomna super cervellum lantcur habebat,
cuius ventronem tantus cruciabat afannus,
quod sic nòn sbraiat cum perdit vacca vedellum.
Ad corpus cigni finaliter illa morivit.
PE. Ayme, Tonelle, quid est quod dicis cancar adessum?
Thomasina tibi mancavit? Buscha del mi (1),
non ego dico tibi verum, Tonelle, sciebam.
Da mihi perdonum, magnam tibi praesto rasonem.
Nunquam pensassem quod te dolor iste piasset,
cur non andasti civitati tore medecchum?
Hi faciunt nostros tam saepe guarire patronos.
TO. Do cancar veniat merdecchis atque ciroitis
nam ladri fomnam simul et mihi trenta doinas
robbarunt sine quis melius Thomasa guarisset.
Ante suos tantos implastros atque cirottos
ipsa civabatur melius, meliusque cagabat,
de pampardellis cum vino quinque menestras
mangiabat, post quas parlando stabat alegra.
PE. Cur pinfen ergo chiamasti ante medecchum?
TO. Mo angonaia, fuit prae noster don Iacominus,
in cuius chieregam giandussa (2) nascere possit.
PE. O menchione, fidem prestasti don Iacomino?
An nescis quoniam monesi, fratresque, pretique
nos omnes vellent meschinos saepe morire,
ut de candelis guadagnum fiat avancis?
Si, Tonelle, suas vis truffas noscere, scolta.
Una super coxam Bertoli venerat olim
phistula, qua sursum calzas tirrare cedivit.

---

(1) Carmen sophotonicon.

(2) Trocheus pro spondeo.

Illico frater adest Polus, scis ille romittus
qui becchi portat barbam, venditque badilos,
cum quibus ad dominum barberum nettat orecchias (1).
To. An, scio, iudeis impegnat saepe capuzzum,
atque braviarium domenticat intra tavernas.
Pe. Est, est, tu noscis sed quid contare volebam?
To. Dicebas quod panza tibi dolet, atque padronus,
mangiasti nimium; lenta, Pedrale, corezam.
Pe. Nescio si potero lentare; tuf; altera: tuf tof (2).
To. Non, giandussa, aio sic te mollare corezam;
dico centuram qua cingeris o cagalochium.
Guastatur tempus, ne forte bagnemur eamus (3).
Pe. Imbriagatus eris, Tonelle, nimisque bibisti.
Ecce stat ad mediam gambam sol altus et inquis:
guastatur tempus, ne forte bagnemur eamus.
Sed narrare unam volo nunc, Tonelle, cotalam,
panzonicam dicunt multi, multi quoque follam.
To. Dic, sed cur vadunt in circum prata, paësus?
En casamenta volant, sta saldus, barba Pedrale.
Tuque volas, sine me quo vadis? sta, cagasanguis.
Cur tam cuncta volant? capris incago daverum.
Pe. Es coctus plus quam crudus, Tonelle sodalis.
Ac ego non liber sum totus, cerno serenum
paulatim coelum fumanis undique tegi.
Sta, Tonelle, susum; quod cascas? surge, gaiarde.
Huic te branca palo manibus, da brachia circum.
Heu quia non unum video, sed mille Tonellos (4).
To. Ac ego non unum cerno, sed mille Pedralos.
O quantae pegorae pascendo per aëra vadunt,
turchinamque suo portant in tergore lanam.
Pe. Nil dubita, Tonelle, palum ne desere, donec
haec mala transcendant digesto tempora vino.
I, quantas video cornacchias atque civettas.
To. Non sunt cornacchiae, non sunt, Pedrale, civettae,
sed quem taccatum fers in galone botazzum,

---

(1) Auriscalpia intellige.
(2) Descriptio petezantis.
(3) Operatio vini quod modo biberat.
(4) Hic innuit poëta non unum solum insanire sed mille.

implevit testam vino, sensumque chimeris.
Ecce lacum Paiae video, nodabimus ambo.
Disvestire libet, sum nudus, tolle camisam.
Te quoque fac nudum, Pedrale, lacumque per hunc na.
PE. Ecce nato, sed fresca nihil mihi Paia videtur
atque cavant nobis oculorum lumina buschae.
To. Me miserum, Pedrale, iuva, meschinus anegor,
in gambam venit granfus, da cancar aiuttum.
PE. Quomodo succurram? quin? rursum tolle fiascum.
To. Da cito, ne indusia, morior, cito praebe botazzum.
En bibo, tuque bibas, scampavi grande periclum.
Sic morzare focum focus alter saepe probatur.
Namque serenantur coeli, stat fixaque tellus,
sum Tonellus ego, tuque es, Pedrale, Pedralus,
quaeque suo primo res est tornata paëso.
Thomasina tamen mancat mihi sola, quid ayme
sperandum est dum nostra subest huic vita biformi
fortunae?
PE. Mors sola, quod ergo quiesce.
Nam mortalis erat quam luges femina, dormi.

ECCLOGA SÉPTIMA

IDEM PETRALUS, TONELLUS, GELMINA ET BIGOLINUS

PE. O Tonelle, leva sursum, dormivimus horas
quattuor, ast oculos somno quoque gesto gravatos.
Quam iuvat in primis postquam dormire calamus (1)
seu ter sive quater pancae distendere pellem.
To. Sic faciunt asini poltrones, non tamen illos
dico quadrigambes portantes tergore sommas,
ast asinos quos villa facit Bardella bigambes.
Sed quam velle mihi peradessum dicere follam
coepisti, quando volitare per aëra grillos
vidimus, et stantes circun girare paësos,
incipe, non ultra e scala in cantiribus ibis.
PE. Res bosiarda quidem non est, Tonelle, daverum
quam recitabo, tamen quid me donabis ob istam?

(1) Calamus — cessamus.

To. Ne dubita, codesella, nucum tibi trenta garillos
servo, quos feci, ni credas respice nigras
ecce manus, haec dona tuae sint apta fadighae.
Si tamen his forsan tracto te more putini
quem nux contentat, seu pomum, sive ceresa,
est medaia mihi de fino facta piumbo
in qua sculpta (viden?) stat sancta Maria Loreti (1).
Hanc, Pedrale, tuo poteris taccare capello,
sub qua comparet vel flos vel penna caponis.
Pe. Sum contentus, ego pulchram narrabo cotalam.
Tempus erat quando nos maior freddus agiazzat,
duraque sub vento schiappatur terra Boraso,
celsa covertatur nivibus montagna bianchis,
invidriantur agri, candelae (2) ad culmina pendent,
paupertas nullo se stringit tecta gabano,
nec scaldare potest per buccam rancida furnum (3).
Supra palmuzzos manuum dum saepe sbadacchiat
has magis infreddat, quia fert in corpore giazzam.
Tunc ego (sic nobis est semper usanza vilanis)
pergere decreram solus solettus ad urbem,
patronoque meo porcellum ducere grassum.
Protinus excalcis pedibus (nam dura per arva
vel per gasones potuissem frangere scarpas)
ire comenzavi porcum stimulando goiolo,
ipsius ad gambae calcagnum corda tacatur,
quae sua sit varias per stradas aequa guidatrix.
Non rectos unquam senteros ille tenebat,
nunc partem dextram brancabat, nuncve sinistram...
sed mea me clamat Gelmina.
Gel. Pedrale, quid? o lá.
Pe. Sentisti? venio, quid poscat vado videre,
iamque retornabo tibi nunc recitare facendam (4).
To. Vade cito, pergam fra tantum vertere capras
quas Benvegnuti video disperdere vignas (5).

(1) Sic dicens accipiebat eam extra bursam.
(2) Candelae glaciei.
(3) Proverbium.
(4) Venio, dicit alte, respondendo Gelminae; reliqua dicit contra Tonellum.
(5) Sic dicens recedit et suo arieti convicia dicit.

Quid, becchone, facis? veniat tibi morbus in occhis.
Ad corpus lanchi, si virdum branco tracagnum
forsan in alterius campos non stare docebo.
Quod crodare zosum possint tibi cornua, vien qui.
Cui dico? torna, veniat tibi phistola, sed quid,
sed quidnam video? pegorarum cerno stravoltum (1).
Tu solus, Bigoline, iacens stravacatus in umbra
castroni similis teneras cum mastigat herbas,
quas phantasias animo subvolvis adessum?
nonne soles faciem mihi promere semper alegram?

BI. Deh, Tonelle, precor noli mihi rumpere testam,
si meus esse cupis carus compagnus ut ante.
Vade viam, curaque tuas seguitare capellas.

TO. Dextrius, o Bigoline, parum, quae verba diavol
nunc baias? sic me vis primo pellere tractu?
Scire tuas doias cupio, dabo forsan aiuttum.

BI. Quem, macarone, dabis vel quem dare credis aiuttum?
Qui non sufficeres mihi discalzare stivallos
credis, stulte, tamen me consolare parolis.

TO. Si non sufficerem te discalzare stivallos
forsam sufficiens essem strepare budellas.
Quid manigolde unquam meeum bravare putabis?
scis modo quid cercas?... tamen hanc depono dabandam (2).

BI. Si Tonelle tuum velles seguitare caminum
inter nos talis non orta bataia fuisset.

TO. Quis dedit impazzum? duo sum tibi brachia longe.
Sed scio quid quaeris, quantum bene sonzia boschi
ungeret una tibi spallas asinique schenazzam.
Tanta tuo fugeret forsan de ventre matana.

BI. O Tonelle, nisi guardas quod dicis amici
non erimus, taceas, faciesque tacendo bonopram.

TO. Tu prius in coleram saltas, debesque tacere.
Guarda istam frascam quae magna superbia chiappat,
namque suus pater est villa camparus in ista,
elatam portat cristam, becchumque levatum,
ut gallina solet si grossum fecerit ovum.

BI. Tu mihi non unum fecisti at mille quotannis

---

(1) Hic alium pastorem nomine Bigolinum reperit.

(2) Sic Vergilius: « Quos ego... sed motos praestat componere fluctus ».

despectus quos iam non sopportare licebit.
To. Scilicet (1) andamus vignas taiare novellas,
ut de nocte meas taiasti mille piantas,
gallinisque meum gallisque polare vodasti.
Sed doleo cagnam non tunc habuisse Belinam
quae tibi fecisset garlettos linquere dretum.
Bi. Me robasse tuas gallinas? do, codesella,
non tres pollastros tua coniunx nutrit in anno,
et iactans plenum te dicis habere polarum?
Nempe tuis habeo de gallis grande bisognum (2).
Sed quis nesciret te barba catasse Gianolum,
quod stabas quandam nascosus retro pioppam
ut sibi vix natum posses robbare caprettum?
Ille cativellus fingens dormire sub ulmo,
dum pascolabant spinosa per arva capellae,
te non pensantem summissa luce videbat,
et dum calcagnis cercabas ire legieris
atque capretinum velles griffare propinquum,
in pede saltavit sumpto bastone debottum,
teque bonis stringhis fecit deponere praedam.
To. O quales dicit baianas iste bosardus,
dicere praesumis me bastonasse Gianolum?
Bi. Hoc scio, sed melius tua scit quae schena provavit,
indiciumque huius rei monstratur adessum,
namque piantonem scorzasti tergore virdum.
To. Deh facies benum tales non dicere cosas,
nam cum cervello rupto fors ibis a casam.
Non ego spoiavi media de nocte picatum,
quod tu fecisti, cui mansit sola camisa.
Bi. Ergo si piccant ladros piccaberis ipse,
teque (meum iuxta morem) spoiabo ladrazzum,
et promitto tibi nec solam linquere bragam.
To. Fac sennum matti, taceas, Bigoline, nec ultra
me stizzare velis, ne te cagasanguis acoiat.
Bi. Iste (3) tibi veniat possisque cagare budellas.
To. Non plus supporto, summe hoc, aspetta ribalde,

(1) Scilicet indignanter et ironice.
(2) Irridet.
(3) Iste, idest cacasanguis.

quo fugis? hoc aliud cum spallis carpe garofol (1).
BI. Heu heu, non talem tibi parco ribalde zucadam.
Hic etiam tuus est (2): an an sta salde, quid inquis?
Non faccio stimmam de te poltrone ceresam.
TO. Non facies stimmam? talem me ferre pugnadam (3)?
Certe non patiar, si possum supra ganassam
hanc dare tartufolam, guarda, tuus hic, tuus iste.
BI. Quid bravare putas? heu casco (4), parce, Tonelle.
Heu heu, ne facias, oyme oyme, desine quaeso.
O mea testa, meae spallae, mea schena, masellae.
TO. An an, calarunt zanzae, anchora superbis?
ast etiam tù vis repetare (5)? quid essere credis?
es nec dum sacius? volo te tractare da sennum.
BI. Me, Tonelle, sinas, horsu dolor heu nimis asper,
heu quia me striccat (6), quis nam mihi praebet aiuttum?
PE. O Gelmina, audis? clamorem sentio magnum (7).
GEL. Nuper ego sensi multis combattere verbis,
curre cito si quam retrovas spartire baruffam.
PE. Curro, praebe meum spontonem, do codesella (8).
BI. Me, Tonelle, sinas, non non, volo perdere vitam.
TO. Non, Bigoline, vitam cepisti... me oyme superchias.
Sta ladrone, super veni, volo reddere pugnos.
TO. Te bene guardabis, quid vis? meus oime galonus.
BI. Expecta donec pedibus tibi panza foletùr.
TO. Giap giap, heu quales facis allentare corezas.
Parco tibi, Bigoline, mihi quoque parcere debes.
Heu mea panza dolet, slof slof, ego creppo daverum.
